panem angelorum nobiscum hodie gustare debes. Vix sermonem archi-
episcopus compleuerat et ecce ignis diuinus de celo descendens super capita singu-
lorum. Et a facto omnes suauitate tanta repleti sunt quod miles ille non
sentiret utrum in corpore tamen uel in spiritu raptus esset. Et dixit episcopus: Hoc cibo
omni die semel pascimur a deo; sed celestes ciues omni hora fruuntur.
His itaque omnibus rite peractis dixit archiepiscopus ad militem: modo ka-
rissime omnia uidisti que tibi deus ostendit. Et ecce nunc tempus est ut reuer-
taris. Non enim potes nobiscum diutius manere quousque obieris. Tunc con-
ciliatore deo si perseuerauis in fide uera et actione tunc redibis ad socie-
tatem nostram. Vel certe si nunc perfectus eris in tua uita perueniri poteris. Ut
statim recipiente anima tua permissis nobis perueniis per dei adiutorium
ad regnum celorum. His itaque auditis miles de recessu suo gra-
uiter contristatus quod lugens de paradyso eo quod tanta bona felicitate ad secu-
lum debet redire. Eademque uia qua uenerat reuersus uia tamen quod non pa-
teretur aliquam corporis aduersa non sentit tormenta nec maligni spiritus ita a-
liquid poterant uexare eum sed antequam peruenisset statim uiso illo euanu-
erunt. Cumque per penas reuertisset ad aulam supradictam ecce .xv.
fratres qui primo ei apparuerunt iterum uenientes ipsum salutauerunt ac lau-
dantes deum pro omnibus suis beneficiis quod militem suum a tanto grandi
periculo liberauerat. Et ita fratres dixerunt illi: Scimus quod apertis tuis per
gratiam es expertus nunc de certo caueas tibi et sicut es deo studiose et
deus reddet tibi mercedem plenissimam et uitam sempiternam. Ecce iam in
patria tua aurora clarescit tempus quod est ut reuertaris nam prior
clausit te per missarum sollennia non ad portam reperit desper-
ans de reditu tuo ianuas uie istius recludere atque obser-
uata iam porta redibit. Sicque benedictione ab illis recepta cum
gratiarum actione reuertens peruenit ad portam ubi iam prior presto-
labatur militis aduentum. Quem uero cum gaudio prior cum aliis cle-
ricis excipientes cum ymnis et canticis deduxerunt retinentes ipsum
secum per .xv. dies in suo cenobio procurantes. Abeo enim isti